

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Quistorp

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theol. Facult. Senior, Ad Exequias Quae ... Dn. Theodoro Varenmeyer/ I.U. Doctori & Consistorii Provincialis Megapolitani Fiscali, Hodie ... a filia maestissima parabuntur. Omnes & singulos Academiae Cives invitati**

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777159546>

Druck    Freier  Zugang



Quistorp, J.,

in Th. Varenmeyer

Rost. 1642.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777159546/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777159546/phys_0002)







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777159546/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777159546/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA  
QVO  
RECTOR  
Vniversitatis Rostochiensis  
JOHANNES QVISTOR-



D. & Theol. Facult.

Senior,

AD

EXEQUIAS

QUÆ.

*Pro Clarissimo & Consultissimo*

DN. THEODORO  
VARENBERG

J. V. Doctori & Consistorij Provin-  
cialis Megapolitani Fiscali,

*Hodie media prima in templo Mariano  
à filiâ mestissima parabuntur.*

Omnes & singulos Academiæ Cives invitat



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLII.

281

7



E Helenâ, cum mari-  
tum suum & Telemachum  
hospitem Convivio exceptos  
& mœrori immersos, exhila-  
rare cuperet, Homerus Odyss.  
. refert, quod illis herbam  
Nepenthes in Vino propinarit, cuius ea virtus  
est, ut epota dolorem & animi mœrorem ex-  
pellat, & bibentes hilares lætosq; præstet.  
Quænam sit Nepenthes herba, inter Physicos  
& Botanicos non convenit: Alij herbam,,  
quæ Helenium dicitur; alijs Buglossam; alijs a-  
liam herbam esse affirmant. At, dum Physici  
& Botanici sollicitè, quæ hæc herbasit, quæ-  
runt, imprudente, in eam incidunt, ac nec sibi  
cognitam degustant. Genuinum enim Ne-  
penthes Mors est, quæ mortalibus, Φάγματαν  
νίπειθες, hoc est si nomen vertas, potum dolo-  
rem & mœstitiam expectorantem propinat.  
Quantisper enim vitam hanc mortalem vivi-  
mus, ad satietatem illa nobis amarorem pro-  
ponit, quam non degustamus amplius, post-  
quam verâ in Christū fide decedentes Nepen-  
thes verum, hoc est, mortem bibimus. Ne-  
penthes

penthes hoc, ceu nectar suavissimm, ante sex  
dies gustavit Vir Consultiss. & Clariss. THEO-  
DORUS Varenmeyer / J. U. D. eximius, Cujus  
potu omnis vitæ hujus mœstitia excussa, mœ-  
ror, dolor, & quicquid eum in vitâ exercuit,  
depulsum est. Hæc omnium difficultatum,  
oblivionem attulit, & ad melioris vitæ lœtitia  
& gaudia perduxit. Natus est Vir hic Claris-  
simus Osnabrugæ Anno 1587. 9. April. Paren-  
te amplissimo, Dn. JACOBO VARENMEYERO  
J. U. L. ac Reverendiss. & Illustrissimi Princi-  
pis ac Domini, Dn. PHILIPPI SIGIS-  
MUNDI, Ducis Brunovicensis & Lunæbur-  
gensis, postulati Osnabrugens. & Verdensium  
Episcopi, Consiliario & Gogravio; Matre  
CATHARINA Storck ex paretusta & cele-  
bri STORCK FORUM à multis annis Consul-  
lum & Senatorum familiâ Oriunda. Avus pa-  
ternus fuit Dieterich Varemeyer / civis Osna-  
brugensis primarius; Avia materna E L I S A-  
BETHA von Rinteln / ex antiqua itidem &  
primariâ Rinteliorum prosapiâ. Parentes à  
prima statim pueritiâ pietatis Christianæ ini-  
tia ipsi instillârunt, eundemq; crescente pau-  
lulum ætate præceptoribus & privatis & pub-  
licis ulterius erudiendum, nullis parcentes  
sumtibus, tradiderunt; quorum informatio-

ne tantum in studijs profecit, ut ex Patris consilio ad Scholam quandam celebriorem allegari potuerit. Relicta patria Anno 1604. anno etatis 17. Hannoveram missus est; Ubi per sesquiannum magno cum studiorum suorum fructu Dn. M. CHRISTIANUM BECK-MANNUM Rectorem, docentem audivit. Quo defuncto, parentum jussu Anno 1606. mense Mayo ad illustre Gymnasium Lemgoviense se recepit, ibiq; per annum ferè Viri Cl. Dn. M. SYLVESTRI PRYBENII, Philosophi acutissimi, non sine fructu auditor fuit. Hinc à parentibus domum evocatus: Anno 1607. mense Aprili, Parentum Consilio ad illustrem Academiam Julianam ablegatus, in quâ per integrum biennium cum dimidio ferè substitutus, ac Jurisprudentiae operam dare cœpit. Inde ob grassantem pestem, aliaq; quæ metuebantur incommoda, patriam sub initium Autumni Anno 1609. repetivit, ubi per mensem unum atq; alterum commorari, & ad continuanda studia Coloniam Agrippinam persevere animus erat, Verum cū propter recensū exortum bellum Juliacense, ob militum cereberrimas deprædationes, itinera redderentur minus tuta, hyemisq; injuria & inclemensia augeretur, per totā hyemem in Patriâ ipsi subsistens.

sistendum fuit. Mutata itaq; sententia Rosto-  
chiensem Academiam elegit, ad quam Comite  
Cognato Dn. CHRISTOPHORO SAPHIO,  
Anno 1610. 22. April contendit. Quæq; 5. Maij  
& illum & comitem suum salvum & incolu-  
mem excepit, ac non degenerem Civem per-  
integrum septennium habuit: Anno enim 1617  
quod hic & alibi didicisset, publicè ostendit.  
Ambijt summos in Jure honores Doctorales,  
& Magnifico & Consultissimo Viro Dn. ERNE-  
STO COTHMANNO I. U.D. & Professore celeber-  
rimo, ac illustrissimi atq; celsissimi Principis  
Megapolitani JOHANNIS ALBERTI lauda-  
tissimæ memoriae Cancellario spectatissimo,  
conferente 22. Maij, exambijt. Postquam antè,  
de jure non scripto, cum aplatisu intelligen-  
tium disputasset. Eodem anno & die divinâ  
providentia disponente scitu atq; voluntate  
parentum lectissimam Virginem ELISABETHAM  
BACKMEISTERIANAM, Cl. Dn. D JOHANNIS BACK-  
MEISTERI Professoris Academiæ hujus celeber-  
rimi filiā, vitæ accepit consortem, cum quâ An:  
1628. parentes visendi, animiq; gratiâ in Patriâ  
Osnabrugum abijt, & paulò post salvus cum  
Comitatu suo ad nos redijt. Conjugi suæ con-  
vivens Pater factus est duorum liberorum, *fili-*  
*oli* unici, sed in partu suffocati, & filiæ CATHA-

RINÆ, quæ adhuc in vivis est. At non fuit diuturnum hoc Conjugium, nam Anno 1620.8. Septemb. vitæ consortem suavissimam ELISABETHAM BACMEISTERIAM amisit. Quum autem difficultates domesticæ non permetterent, ut in cælibatu perseveraret, Finito anno luctus integrō, suafū Cl. Dn. Soceri, D. Johannis Bacmeisteri, & aliorum amicorū, ad secunda Vota perrexit, & divinâ disponente gratiâ, pijsq; precibus præmissis oblata est ipsi Elisabetha Pyls / fœmina lectissima, Petri Drewenstedij, Civis apud nos præcipui Vidua, cum quā Anno 1621. 27. Novembr. nuptias celebravit. Non solum jucundissimum, sed & fertile hoc fuit Conjugium: In quo tres ex se natos filios, Jacobum, Theodorum Christophorum, Anthonium-Henricum, filiam unam *Elisabetham* vidit. Vedit, inquam, sed non ad annos multos eorum delitijs ipsi frui concessum est. Vitā enim hanc ingressos liberos hos quatuor, intra annos paucos ex eādem ad meliorem, is quem penes Vitæ mortisq; jus est, avocavit. In hoc Conjugio secundo, emortuo ille amaror accessit, quod cum merore animi etiam hanc sibi secundam Conjugem mortis violentia Anno 1632. 6. Februarij abripi expertus est. Quamvis jam secundnm viduus factus, nihil maluisset,  
quam

quam omnem vitam viduitati consecrare, non  
id tamen curæ domesticæ permittebant. Qua-  
re & de tertia Conjuge dispicere necesse ha-  
buit: Quam, Deo ita rem moderante, impetra-  
vit fæminam lectissimam (*Catharinam Hassen*)  
Consultissimi Viri Dn. M A T T H E I R O B E R I  
J. U. D. & Consulis Perlenbergensis relictam  
viduam. Factum id est Anno 1634. Cum quâ,  
sed sine prole, suaviter quinquennium in ma-  
trimonio vixit, & mense Junio Anno 1638.  
mortis vi abruptam acerbè luxit. Toties ergo  
suavissimarum Conjugum Consortio privatus  
animum obsfirmavit, vitam omnem viduam  
agere, & de repetendâ Conjuge cogitationes  
se posuit. Ab eo ergo tempore Viduus, quod  
& ante fecerat, sui sacerditij officij, vices Amplif-  
simi & Consultissimi Viri Dn. L A U R E N T II  
S T E P H A N I J. U. D. & Professoris, in Aca-  
demia sibi demandatas, cum ipse in aula Illu-  
strissimi & Celsissimi Principis Johannis Al-  
berti *vivit ex auctoritate* Consiliarius viveret, sustinuit:  
functionem item Fiscalis, quam acceperat in  
Ducali Consistorio ornavit, ac insuper Clien-  
tibus Patronus, fidelem ac diligentem operam  
præstítit. Cumq; ante biennium Patriæ amore  
ductus, eam inviseret, minus ad nos validus re-  
versus

versus est. Ab eo tempore male habere cæpit; augmenta morbus sumisit, qui illum per annum fermè integrum lecto affixit; cum Scorbuto, Atrophiâ, vaga arthritide, recurrentibus sumis identidem doloribus interim confictus est; donec verâ in Salvatorem fiduciâ 22. die Januarij verum, nepenthēs gustavit, & circa undecimam meridianam, ætatis anno 55. animam ei, à quo acceperat, reddidit. Exuviae Corporis hodie ad medium primam Terræ matri redditur. Adeste frequentes Academiae Cives, & honorem ultimum frequenti comitatu emortuo exhibete. P. P. Rostochij,  
27. Januarij, Anno 2642. Sub sigillo Recto-  
tus.

*Conventus fiet hodie hora media prima in  
Templo Mariano.*





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777159546/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777159546/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777159546/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777159546/phys_0014)

DFG






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777159546/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777159546/phys_0016)



quam omnem vitam viduitat  
id tamen curæ domesticæ per-  
re & de tertia Conjuge dispi-  
buit: Quam, Deo ita rem modi-  
vit fæminam lectissimam *Car*  
*Consultissimi Viri Dn. MAT*  
*J. U. D. & Consulis Perlenber*  
viduam. Factum id est Anno  
sed sine prole, suaviter quinque  
trimonio vixit, & mense Iuri  
mortis vi abreptam acerbè lu-  
suavissimarum Conjugum Co-  
animum obfirmavit, vitam o-  
agere, & de repetendâ Conju-  
seposuit. Ab eo ergo tempore  
& ante fecerat, sui sategit offici-  
simi & Consultissimi Viri Dn.  
*STEPHANI J. U. D. & Pro-*  
demiâ sibi demandatas, cum  
strissimi & Celsissimi Principi-  
berti *vvv ev ayzios* Consiliarius vivi-  
functionem item Fiscalis, qua-  
Ducali Consistorio ornavit, ac  
tibus Patronus, fidelem ac dilig-  
præstitit. Cumq; ante biennium  
ductus, eam inviseret, minus ac-



the scale towards document

re, non  
Qua-  
sse ha-  
petra-  
Bassen/  
BERI  
Etam-  
n quâ,  
in ma-  
1638.  
sergo  
ivatus  
uam-  
iones  
quod  
nplif-  
NTII  
Aca-  
a Illu-  
is Al-  
nuit:  
at in  
lien-  
eram  
more  
us re-  
ersus

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 035

Patch Reference number on UTT

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160

150

140

130

120

110

100

90

80

70

60

50

40

30

20

10

0

160